

est Paulus Samosatenus,¹ & postea ex
communicatus à Dionysio Romano
Pontifice, & Maximo Alexandrino Pa-
triarcha, petente id Synodo, sicut testa-
tur epistola synodi ad ipsos apud Eusebi-
um lib. 7 cap. 30.

XXVII. Nihil etiam respondet ad
dictum Gregorij Næocefariensis, qui
profectus est ad Antiochenam synodū,
& quo condemnatur ipsius & Samosati
impium dogma: Vnus est Deus pater
uerbi uiuentis, sapientiæ subsistentis, &
imaginis suæ, integer integræ genitor,
pater filij unigeniti, unus Dominus so-
lus ex solo, imago patris, uerbum effi-
cax, filius sempiternus ex sempiterno,
unus Spiritus Sanctus ex Deo substanti-
am habens, qui per filium apparuit sancti-
ficans, per quem Deus super omnia, &
in omnibus cognoscitur.

XXVIII. Hac clara, perspicua & il-
lustri sententia, cui subscripsit tota syno-
dus Antiochena, damnati sunt Samosa-
tenus & Seruetus, & ab omnibus, qui a
temporibus Apostolorum hanc synodū
præcesserunt, & quorum scripta ex-
tant, refutati.

XXIX. Cum igitur constet, ueram
& per-